Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tem dæmonia qui non sequitur nos: et prohibuimus
eum. Iesus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo
est enim qui facit virtutem in nomine meo. et possit cito male loqui de me. Qui enim non
est adversum nos: pro nobis est. Quisquis enim po-
tum dederit vobis calicem aque in nomine meo
quia xpi estis: amen dico vobis non perdet mercedem
suam. Et quisquis scandalizaverit vnum ex his
pusillis credentibus in me: bonum est ei magis
si circumdaretur mola asinaria collo eius. et in
mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus
tua: abscide illam. Bonum est tibi debilem intra-
re in vitam: quam duas manus habentem ire in ge-
hennam in ignem inextinguibilem. ubi vermis
eorum non moritur: et ignis non extinguitur.
Et si pes tuus scandalizat te: amputa illum. Bo-
num est tibi claudum intrare in vitam eternam:
quam duos pedes habentem mitti in gehennam ig-
nis inextinguibilis. ubi vermis eorum non mo-
ritur: et ignis non extinguitur. Quod si oculus
tuus scandalizat te: erue eum. Bonum est tibi lu-
scum intrare in regnum dei: quam duos oculos
habentem mitti in gehennam ignis. ubi vermis eo-
non moritur: et ignis non extinguitur. Fer. vi. ad
Hebr: Videte ne forte sit in aliquo hebreos.
Verum cor malum incredulitatis discedendi a